Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



EXO

centiones. quinquagenarios. decanos. qui
iudicent plebem omni tempore. Quicquid autem
grande fuerit referant ad te. tibi minora
tantummodo iudicent. leniusque tibi sit par
tito maius onere. Si hoc feceris. iubebis
imperium dei. et preceptis eius potis sustin
ere. omnis hic plebs revertetur cum pa
ce ad loca sua. Quibus auditis. moyses
fecit omnia quae ille suggesserat. Et
electis viris strenuis de cuncto israel.
constituit eos principes plebis. tribunos et
centuriones. quinquagenarios. decanos.
qui iudicabant plebem omni tempore
Quod autem gravius erat referebant
ad eum. faciliora tantum iudicantes. Di
mittitque cognatum suum. Qui revisus
abiit in terram suam. XIX.

Ense tertio egressionis filiorum de
egypto. mense hoc venerunt in
solitudinem sinai. Nam profecti
de raphydim. et pervenientes usque ad des
ertum sinai. castra metati sunt in eodem
loco. Ibique israel fixit tentoria erecto mon
te. Moyses autem ascendebat in montem
ad deum. Vocavitque eum dominus de monte
dicens. Haec dices domui iacob. et annun
ciabis filiis israel. Vos ipsi vidistis
quae fecerim egyptiis. quomodo portaverim
vos super alas aquilae. et assumpserim
mihi. Si ergo audieritis vocem meam
custodieritis pactum meum. eritis
mihi in peculium de cunctis populis. Mea
est enim omnis terra. vos eritis mihi
regnum sacerdotale. et gens sancta. Haec
sunt verba quae loquaris ad filios israel.
Venit moyses. et vocatis maioribus
populi. exposuit omnes sermones
quos mandaverat dominus. Respondit omnis
populus simul. Cuncta quae locutus est do
minus. faciemus. Cumque retulisset moyses
verba populi ad dominum. ait ei dominus. Ecce ego
veniam ad te caligine nubis. ut
audiat me populus loquentem ad te. et cre
dat tibi in perpetuum. Nuntiavit ergo
moyses verba populi ad dominum. Quibus dixit
ei. Vade ad populum. et sanctifica illos hodie
et cras. laventurque vestimenta sua. et sint para
ti in diem tertium. Die autem tertio descendet
dominus coram omni plebe super montem si
nai. Statuesque terminos per circuitum.
et dices ad eos. Cavete ne ascendatis in
montem. nec tangatis fines eius. Omnis
qui tetigerit montem morte morietur.
Manus non tangent eum. sed lapidibus
opprimetur. aut sagitta iaculis. Sive
iumentum fuerit sive homo non vivet.
Cum ceperit clangere buccina. tunc ascen
dant in montem. Descenditque moy
ses de monte ad populum. et sanctificavit illum.
Cumque lavissent vestimenta sua. ait ad
eos. Estote paratis die tertio. ne ap
propinquetis uxoribus vestris. Jam ad
venerat dies tertius. et mane inclarescente.
coepere audiri tonitrua. ac micare
fulgura. et nubes densissima operire
montem. clangorque buccinae vehemen
per strepebat. Timuitque populus qui erat in
castris. Cumque eduxisset eos moyses in
occursum dei de loco castrorum. steterunt
ad radices montis. Totus autem mons
sinai fumabat. eo quod descendisset dominus
super eum in igne. et ascendebat fumus ex
eo quasi de fornace. Erat vero mons ob
tribulis. et sonitus buccinae paulatim
crescebat in magnum. et praeter modum tendeba
tur. Moyses autem loquebatur. et dominus
respondebat ei. Descendit vero dominus super mon
tem sinai. in vertice montis. vocavit vocavit
que moysen in cacumine eius. Quo
cum ascendisset. dixit ad eum. Descen
de. et testare populo. ne forte velit transi
endere terminos ad videndum dominum. et pe
rat ex eis plurima multitudo. Sacerdo
tes quoque qui accedunt ad dominum sanctifi
centur. ne percutiam eos. Dixitque mo
yses ad dominum. Non potest populus ascen
dere in montem sinai. Tu enim testifi
catus es. et mandasti dicens. Pone terminum
circa montem. et sanctifica illum.
Cui ait dominus. Vade. descende. ascendesque
tu. et aaron tecum. Sacerdotes autem et
populus ne transeant terminos. nec ascen